Da definire

21 (Annunziata, n. 595)

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Da definire

21 (Annunziata, n. 595)

1483 gennaio 7, Ind. I, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadrigentesimo octuagesimo tertio. Regnante … Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum … eius anno vicesimo quarto …, mense ianuarii, die septima eiusdem, prime indictionis, Mathere.

Nos Iacobus Loysii de Angelis de civitate Mathere per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicello de eadem civitate … publicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, domnus Lucas Iacobi de Rusito, domnus Donatus de Perro, Roncius magistri Spiritus de Consta, Iacobus Nicolai Grandi et Iohannes Gambinus, testes … de eadem civitate Mathere … fatemur … quod …, constitutis Rosa Iohannis de magistro Eustasio et Vito Iacobi de Diamanta, viro suo, de civitate Mathere … et Angelo Iohannis de Mancino de eadem civitate …, prefata Rosa …, stante … cum ea Iacobo Eustasii Caputi pro suo mundualdo sibi electo et petito per eam dato et confirmato per Nicolaum Luce de Iacobyo baiulum gabelle regie curie baiulationis civitatis Mathere pro presenti anno … et per nos iudicem et notarium et eiusdem baiuli curiam datum…in defectu sui legitimi mundualdi quo carere se dixit ad presens sub cuius munduo se esse recognovit …, prefati … Rosa et Vitus … et Angelus Iohannis de Mancino … ad infrascriptum permutationis contractum … devenerunt, videlicet quod dicta Rosa … et Vitus … permutaverunt et … dederunt … prefato Angelo Iohannis de Mancino … domum unam cum platea, cammarella, furno ruynato ac cisterna una ab aqua existente in via puplica ante ipsam et fovea una intus plateam domus dotalis Nicolai

Iohannucii de Monte, sitam … in Saxo Barisano civi // (383v) tatis Mathere, in pictagio ecclesie sancti Antonii, iuxta domum dotalem Nicolai Iohannucii Nicolai de Monte, iuxta viam puplicam, iuxta domum ecclesie sancte Trinitatis …. Et versa vice prefatus Angelus permutavit et … dedit … prefatis Rose et Vito … de frumento bono et receptabili ad mensuram veteram civitatis Matere currus tres et de pecunia uncias duas … Quod scripsi ego prefatus Petrus … notarius …

1

2

Ego Iacobus Loysii de Angelis regius qui supra ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi

Ego dominus Donatus de Perro qui supra testis me subscripsi

Ego dominus Lucas Iacobi de Rosito qui supra testis testor

Ego Roncius magistri Spiritus de Costa qui supra testis testor

Signum crucis proprie manus mei qui supra Iacobi Nicolai Grandi illecteratus scribere nescientis

Signum crucis proprie manus mei Iohannis Gambini qui supra illicteratus scribere nescientis

dictum *cancellato in F*
così in F